FULM-1M-1M04

78/26

PRO GRADU

Nos D. D.

Pontificiae, R

Universis ac singulis has nostras litteras inspecturis, notum
cultura egregius Baccalaureus, D.
se ad Licenciatus gradum, iuxta Regia eâ de re statuta, evehi roga
ac Cathedrarii privato tentamine unius horae spatio diei
admittendum duxissent: Die vero festo
insignibus ac laureolis decorato, solemnem ipse habuerit orationem
sorte eductis inter quadringentas scriptas schedulis in hos usus
et D. atque D.
praeclare retuderit: Diebus porro . et
super propositione iterum ex sortitis electa, in quadam Lycaei se
horarum spatio exaraverit, examinandam tradiderit, ipse deinde
et D. refutationes sust
D. D. D.
generatim interrogantium quaestionibus plene satisfecerit: Cum
placuerit dignum eum iudicare qui ad Licenciatus h
auctoritate, benemeritum virum Baccalaureum D.
Licenciatus gradum promovisse die mensis
honoribus eum cumulasse; cunctas demum gratias, privilegia et c
peculiaribus statutis huiusmodi Licenciatus et gaudent et olim
sunt, huic quantum in nobis est concessisse et plene confirmasse.
In quorum fidem ei qui nobis adest á secretis hoc Syngraphu
muniri mandavimus, Palmae Balearium die men

UNIVERSIDAD LITERARIA
DE MALLORCA

ursante de
ue corresponde á
a asistido á ella

Catedrático.

Ecsaminador.

NOBILISSIMA MAIORICArum Ciuitas florentiſſimi Balearici Regni Princeps, non ſolum aëris ſalubritate fœlix, ſed ingeniorum copiâ celeberrima, vt egregiæ indolis viros quibus floruit ſemper præmiorum ſpe ad litterarum inflammaret ſtudia, Pōtificijs, Cæſareis, Regijſque olim nobilitata fuit priuilegijs ad Generale ſcientiarum omnium Studium ad inſtar antiquiſſimi, & toto terrarum orbe decantatiſſimi Illerdēſis erigendum; id etenim Perilluſtribus, ac Magnificis Patriæ Patribus, totiuſque Regni Proceribus enixè poſtulātibus, omnium votis annuit Sereniſſimus FERDINANDVS Aragonum, & Caſtellæ Rex potentiſſimus diplomate ſuo cordubæ dato 30. Auguſti, anno

A poſt

NOBILISSIMA MAIORICA-
rum Ciuitas florentiſſimi Ba-
learici Regni Princeps, non
ſolum aëris ſalubritate fœlix,
ſed ingeniorum copiâ cele-
bertima, vt egregiæ indolis
viros quibus floruit ſemper
præmiorum ſpe ad litterarum
inflammaret ſtudia, Pōtificijs,
Cæſareis, Regijſque olim nobilitata fuit priuilegijs ad
Generale ſcientiarum omnium Studium ad inſtar anti-
quiſſimi, & toto terrarum orbe decantatiſſimi Illerdē-
ſis erigendum; id etenim Perilluſtribus, ac Magnifi-
cis Patriæ Patribus, totiuſque Regni Proceribus enixè
poſtulātibus, omnium votis annuit Sereniſſimus FER-
DINANDVS Aragonum, & Caſtellæ Rex potentiſſi-
mus diplomate ſuo cordubæ dato 30. Auguſti, anno

A poſt

poſt Orbem redemptum 1483. quod regio poſtmodũ firmauit Priuilegio Cæſaraugustæ Calendis Februarij anno 1505. approbauit, & confirmauit Auguſtiſſimus Romanorum Imperator CAROLVS V. 11. Maij anno 1526. roborauit PHILIPPVS II. Hiſpaniarum Rex Inuictiſſimus apud Sanctũ Laurentium el Real 24. Octobris anno 1597. quodque Cæſareis, fuerat, Regijſque tempore quodam priuilegijs ſancitum, ad Sereniſſimæ MARIANNÆ Hiſpaniarum Reginæ præces, Pontificijs ſuis firmiùs ſtabiliuit Sanctiſſimus CLEMENS Papa X. 17. Aprilis, anno à mũdo reparato 1673. Cum itaque præfatis diplomatibus erecta fuerit ſcientiarum omnium Pontificia, Imperialis, Regia, Lulliana Academia, æquiſſimumque ſit viros de re litteraria probè meritos debitis honoribus proſequi, eos præcipuè qui laboribus, vigilijſque, non minus in diſciplinarum ſplendore, quam in bonarum virtutum ornamento conſequendo inſudarunt, Nos

ſingulari amore proſequi cupientes, atque per auctoritatem Pontificiam, & Regiam, quibus in hac parte fungimur præcipuis in re litteraria honoribus, & gratijs cumulare volentes eos qui, ignauiâ depulſâ, non ſolum ingenij acumine præditi conſpiciuntur, verum etiam conatu omni ſeſe iucundiſſimis ſcientiarum ſtudijs generoſè devoverunt; cæterum cum ampliſſima litterarũ orna-

conferre, qui noſtris obtemperans mandatis illius pectus, & humeros candida veſte ornauit, annulum in ſponſalitij cum Diuina Sapientia ſignum digito impoſuit; caput, pileo exornauit cum bombicino candidi coloris floſculo tamquam Supremi honoris Academici Coronâ; librum Sacræ Dei Sapientiæ clauſum, mox apertum tradidit, manuſque chirotecis albis decorauit; vt autem pleniſſimam in Sacra Facultate Magiſterij, & Doctoratus inueſtituram laureato cõferret, Cathedram ei conceſſit, & ad pacis oſculum eumdem admiſſit, ad quod admiſimus, & nos, cæterique Sacri Collegij Facultatis Theologiæ Doctores, & Magiſtri. In quarum rerum teſtimonium, & fidem præſentes litteras manu noſtra ſubſcriptas in Priuilegij formam expediri iuſſimus, atque per Secretarium noſtrum ſigillo Maioricenſis Academiæ muniri mandauimus. Palmæ Balearium

Die Anno



NOBILISSIMA MAIORICArum Ciuitas, florentiſſimi Balearici Regni Princeps, non ſolum aëris ſalubritate fœlix, ſed ingeniorum copiâ celeberrima, vt egregiæ indolis viros, quibus floruit ſemper, præmiorum ſpe ad litterarum inflammaret ſtudia, Pōtificijs, Cæſareis, Regijſque olim nobilitata fuit priuilegijs ad Generale ſcientiarum omnium Studium, ad inſtar antiquiſſimi, & toto terrarum orbe decantatiſſimi Illerdēſis erigendum: id etenim Perilluſtribus, ac Magnificis Patriæ Patribus, totiuſque Regni Proceribus enixè poſtulātibus, omnium votis annuit Sereniſſimus FERDINANDVS Aragonum, & Caſtellæ Rex potentiſſimus diplomate ſuo Cordubæ dato 30. Auguſti, anno

poſt Orbem redemptum 1483. quod regio poſtmodũ firmauit Priuilegio Cæſaraguſtæ, Calendis Februarij, anno 1505. approbauit, & confirmauit Auguſtiſſimus Romanorum Imperator CAROLVS V. 11. Maij anno 1526. roborauit PHILIPPVS II. Hiſpaniarum Rex Inuictiſſimus apud Sanctũ Laurentium el Real 24. Octobris anno 1597. quodque Cæſareis, fuerat, Regijſque tempore quodam priuilegijs ſancitum, ad Sereniſſimæ MARIANNÆ Hiſpaniarum Reginæ preces, Pontificijs ſuis firmiùs ſtabiliuit Sanctiſſimus CLEMENS Papa X. 17. Aprilis, anno à mũdo reparato 1673. Cum itaque præfatis diplomatibus erecta fuerit ſcientiarum omnium Pontificia, Imperialis, Regia, Lulliana Academia; æquiſſimumque ſit viros de re litteraria probè meritos debitis honoribus proſequi, eos præcipué, qui laboribus, vigilijſque non minus in diſciplinarum ſplendore, quam in bonarum virtutum ornamento inſudarunt: Nos ideo D.

ſingulari amore proſequi cupientes, atque per auctoritatem Pontificiam, & Regiam, quibus in hac parte fungimur ſingularibus in re litteraria honoribus, & gratijs cumulare volentes eos, qui ignauiâ depulsâ, non ſolum ingenij acumine præditi conſpiciuntur, verum etiam conatu toto ſeſe iucundiſſimis litterarum ſtudijs generoſè

roſè devoverunt: cumque litterarum ornamenta, non niſi viris meritorum excellentiâ conſpicuis concedi valeant, nec æquum foret, non merentibus præmia conferre virtuti imparia, ſancitum æquiſſimè fuit in hac alma Academia laureandos, varijs, & ſane difficilibus tentari examinibus, quæ cum ſubire non perhorreſcant, qui gloriæ avidi, periculis ipſis, viam ad veræ laudis honorẽ non modo ſibi aperiunt, ſed muniunt firmiſſimam; ſtudioſus ideo vir

quem morum probitas, ſcientiæ, vitæque honeſtas, ac fama non parum approbant, & extollunt, cupiens in

facultate Baccalaureatum adipiſci, eoque inſigniri, ſuper hoc humiliter ſupplicauit: Noſque attendentes iuſtas eſſe ipſius preces, & rationi maximè conſonas, eumdem examinandum commiſſimus perilluſtribus DD. Doctoribus

à quibus ad incorruptæ iuſtitiæ lancem approbatus fuit. Iuſſu præterea noſtro integerrimo pariter, ac ſapientiſſimo

Collegio coacto Die

& coram illo theſibus præcipuam

partem complectentibus, ac Patronum agente perilluſtri Domino Dre.

ab eodem

fœliciter propugnatis, ita ſubtiliter argumentis ſatisfaciendo ſe geſſit, vt habi-

habitis ſuper hos votis, conſenſu, & ſuffragijs, præfatum
Collegium

Baccalaureatu eumdem inſig-
niendum, & condecorandum cenſuerit. Qua propter
viſo prædicti Collegij ſuffragio, & iudicio, Fideique ſo-
lemni profeſſione ab illo emiſſa, nec non iuramento
præſtito de Immaculato BEATISSIMÆ VIRGINIS
Conceptu pro viribus propugnando, obſeruatiſq; alijs,
quæ iuxta iura, & conſtitutiones Academiæ noſtræ ob-
ſeruari debent, Nos prædictus Pro-cancellarius, aucto-
ritate Apoſtolicâ, & Regiâ, quibus in hac parte fungi-
mur præfatum

ad gradum Baccalaureatus in
promouimus,
eiuſdemque facultatis Baccalaureum fecimus, creaui-
mus, & conſtituimus

ipſumque aggregauimus, & adiunximus, atque per præ-
ſentes aggregamus Cœtui, & conſortio cæterorum in
Baccalaureorum, vt gau-
deat, & vtatur, ac vti & gaudere poſſit omnibus, &
ſingulis gratijs, priuilegijs, immunitatibus, libertati-
bus, fauoribus, & honoribus, quibus cæteri in dic-
ta facultate Bacca-
laurei gaudent, & vtuntur, ac vti & gaudere poſſunt in
hac alma Vniuerſitate, & Studio Generali Maioricenſi,
&

& vbique terrarum, atque locorum, per inde ac ſi in
Academijs Illerdenſi, Bononienſi, & Toloſſana, ac qua-
cumque alia, cuius priuilegijs hæc noſtra Balearis gau-
det, ſeu gaudeat, prædictum Baccalaureatum adeptus
eſſet, iuxta tenorem diplomatum Pontificiorum, Cæſa-
reorum, atque Regiorum Vniuerſitati Maioricenſi ſu-
per hoc conceſſorum. In quarum omnium fidem, &
teſtimonium præſentes litteras manu noſtra ſubſcriptas
in Priuilegij formam expediri iuſſimus, atque per Secre-
tarium noſtrum ſigillo Maioricenſis Academiæ muniri
mandauimus. Palmæ Balearium Die

Ex Iure Canonico

ex quibus ſelegit

intra viginti quatuor horarum ſpatium legenda, explicanda, & defẽdenda, quod ſtatuto tempore præſtitit; & primo quidem per integram horam textus explanando, quæſtioneſque ab eiſdem deductas diſſolvendo; poſtea vero Patronum agente Magnifico D. Doctore

ſtabilitaſque theſes nervoſe, aciterque impetentibus Magnificis DD. DD,

argumenta oppoſita non vulgariter eneruando: in quibus omnibus ita doctè, adeo ſubtiliter ſe geſſit, vt habitis ſuper hoc votis, conſenſu, & ſuffragijs, præfatus Iuriſperitorum Magiſtrorum, & Doctorum Cætus

ſupernâ Iuris Civilis laurea inſigniendum, & condecorandum ſenſuerit. In circo viſo dicto Iuriſperitorum Collegij iudicio, ſtatim eum ad facultatis Iuris Civilis gradũ Licenciatum pronunciavimus, & declaravimus. Die poſtmodum

plenissimè obſervatis, quæ iuxta Ordinationes, & iura Almæ noſtræ Academiæ obſervari debent, Theſibuſque præcipuam Iuris prudentiæ partem complectentibus publicè, ſingularique acumine, multiplici eruditione, & non vulgari omniũ plauſu ab eodẽ propugnatis corã Sapientiſſimis Theologorum, Iuriſperitorũ, Medicorum, atque Philoſophorum Collegijs, cæteriſque Doctoribus prædictis huius Univerſitatis Collegijs aggregatis, nec nõ ſolẽni Fidei profeſſione emiſſa, atque iuramento præſtito de Immaculato SANCTISSIMÆ VIRGINIS in primo inſtanti Conceptu pro viribus propugnando. Nos.

auctoritate Apoſtolica, & Regia, quibus in hac parte fungimur eundem conſpicuum virum

ad gradum Magiſterij Iuris Civilis promovimus, eiuſdemque facultatis Doctorem fecimus, creavimus, ac conſtituimus

dedimus inſuper, ipſique conceſſimus, atque per præſentes litteras noſtras damus, & concedimus facultatem Cathedram de cætero aſcendendi Iuſque Civile vbique locorum, atque terrarum legendi, interpretandis arguendi,

NOBILISSIMA MAIORICARUM Civitas florentiſſimi Balearici Regni Princeps, non ſolum aeris ſalubritate fœlix, ſed ingeniorum copiâ celeberrima, vt egregiæ indolis viros quibus floruit ſemper præmiorum ſpe ad litterarum inflammaret ſtudia, Põtificijs Cæſareis, Regiſque olim nobilitata fuit privilegijs ad Generale ſcientiarum omnium Studiũ ad inſtar antiquiſſimi, & toto terrarum orbe decantatiſſimi Illerdẽſis erigendum; id etenim Perilluſtribus, ac Magnificis Patriæ Patribus, totiuſque Regni Proceribus enixè poſtulãtibus, omnium votis annuit Sereniſſimus FERDINANDVS Aragonum, & Caſtellæ Rex potentiſſimus diplomate ſuo cordubæ dato 30. Augusti, anno

poſt

poſt Orbem redemptum 1483. quod regio poſt modū firmavit Privilegio Cæſaraugaſtæ Calendis Februarij anno 1505. approbavit, & confirmavit Auguſtiſſimus Romanorum Imperator CAROLVS V. 11. Maij anno 1526. roboravit PHILIPPVS II. Hiſpaniarum Rex Invictiſſimus apud Sanctū Laurentiū el Real 24. Octobris anno 1597. quodque Cæſareis, fuerat, Regijſque tempore quodam privilegijs ſancitum, ad Sereniſſimæ MARIANNÆ Hiſpaniarum Reginæ preces, Pontificijs ſuis firmius ſtabilivit Sāctiſſimus CLEMENS Papa X. 17. Aprilis, anno á mūdo reparato 1673. Cum itaque præfatis diplomatibus erecta fuerit ſcientiarum omnium Pontificia, Imperialis, Regia, Lulliana Academia, æquiſſimumque ſit viros de litteraria probé meritos debitis honoribus proſequi, eos præcipuè qui laboribus, vigilijſque, non minus in diſciplinarum ſplēdore, quam in bonarum virtutum ornamento conſequendo inſudarunt. Nos

ſingulari amore proſequi cupientes, atque per auctoritatē Pontificiam, & Regiam, quibus in hac parte fūgimur præcipuis in re litteraria honoribus, & gratijs cumulare volētes eos, qui ignaviá depulſá, non ſolū ingenij acumine præditi conſpiciuntur, verum etiam conatu omni ſeſe iucundiſſimis ſcientiarū ſtudijs generosè devoverunt; cæterū cum ampliſſima litterarū orna-

ornamenta non niſi viris meritorum excellentiá conſpicuis concedi valeant, nec æquum foret non merentibus præmia cōferre virtuti impaꝛia, ſancitū æquiſſimè fuit in hac alma noſtra academia laureandos varijs, & ſane difficillibus tentari examinibus: quæ cum ſubire non perhorreſcant, qui gloriæ avidi, periculis ipſis, viam ad veræ laudis honorem, non modo ſibi aperiunt, ſed muniunt firmiſſimam: ſtudioſus ideo vir.

Iuris Civilis Baccalaureus, quem morum probitas, ſcientiæ, vitæque honeſtas ac fama non mediocriter approbant, & extolunt cupiens in Iuræ Civili Magiſterij, ſeu Doctoratus gradum adipiſci, eoque inſigniri, ſuper hoc nobis humiliter ſupplicavit; Noſque attendentes iuſtas fore ipſius preces & rationi maximè cōſonas, eundem ſecretò tentandum, atque ſcrupuloſá curá examinandum commiſſimus Magnificis Dominis DD.

à quibus ad incorruptæ iuſtitiæ lancē approbatus fuit. Iuſſu præterea noſtro integerrimo pariter, ac Sapientiſſimo Iuriſperitorum Collegio coacto die Anno temata ſortitus ex

di, atque diſputandi, & omnes, ſinguloſque actus faciendi, liberè, & publicè exercendi, qui ad veros, & in dubitatos in dicta Iuriſprudētiæ Facultate Magiſtros, & Doctores pertinere, & expectare dignoſcūtur; aggregavimuſque, & aggregamus Cætui, & conſurtio cæterorū in præfata Iuriſprudētiæ facultate Magiſtrorum, & Doctorum, vt gaudeat, & vtatur, ac vti & gaudere poſſit, & debeat omnibus, ſinguliſque gratijs, privilegijs, immunitatibus, libertatibus, favoribus, honoribus, & prærrogativis, quibus cæteri in dicta Facultate Iuriſprudentiæ Magiſtri gaudent, & vtuntur, ac vti, & gaudere poſſunt in hac Alma Vniverſitate, & Generali Studio Maioricenſi, & vbique terrarum, atq; locorum, perinde ac ſi in Academijs Illerdenſi, Bononienſi, Toloſſana, & quacumq; alia, cuius privilegijs hæc noſtra Balearica gaudet, ſeu gaudeat, prædictum Doctoratus gradum adeptus fuiſſet, iuxta tenorem Diplomatum Pontificiorum, Imperialium, atque Regiorum Vniverſitati Maioricenſi ſuper hoc conceſſorum. Inſuper vt prædictus inclitus vir.

huiuſmodi Magiſterij, ſeu Doctoratus poſſeſſionem, ſeu inveſtituram dignoceretur adeptus, Nos

per auctoritatem Pontificiam, & Regiam, quibus etiam in hac parte fungimur mandavimus Præclariſſimo Patrono D. D.

Iuris Civilis Doctoratus inſignia, atque Magiſterij poſſeſſionem eidē con-

conferre, qui noſtris obtemperans mandatis illius pectus, & humeros purpurea veſte ornavit, annulum in ſponſalitij cum Divina ſapientia ſignum digito impoſuit; caput pileo exornavit cum bombicino purpurei coloris floſculo tamquā Supremi honoris Academici Corona: librum Iuris Civilis clauſum, mox apertum tradidit, manuſque chirotecis albis decoravit; vt autem pleniſſimam in Iure Civili Magiſterij, & Doctoratus inveſtituram laureato conferret, Cathedram ei conceſſit, ad pacis oſculum eundem admiſſit, ad quod admiſſimus & nos, cæterique Collegij Iuriſperitorum Doctores, & Magiſtri. In quarum rerum teſtimonium, & fidem præſentes litteras manu noſtra ſubſcriptas in Privilegij formam expediri iuſſimus, atque per Secretarium noſtrum ſigillo Maioricenſis Academiæ muniri mandavimus. Palmæ Balearium.

Die Anno

UNIVERSIDAD LITERARIA
DE MALLORCA
SUSTITUIDA EN
REAL SEMINARIO.

CURSO DE 18 *A* 18

Cátedra de

D. *cursante de*
año en la facultad de *que corresponde á*
la espresada Cátedra de mi cargo, ha asistido á ella
con aprovechamiento y puntualidad.

El Catedrático.

Ecsaminado y aprobado

El Ecsaminador. *El Ecsaminador.*

Regia et Litteraria Maioricensis Universitas.

SACRÆ THEOLOGIÆ THESES.

1ª De fide est Verbum Divinum carnem veram, non phantasticam assumpsise.

2ª Nullus homo purus adhuc donis supernaturalibus indutus, potuit Deo de condigno satisfacere.

3ª Verbum integram humanitatem in athomo non personatam assumpsit.

QUAS PRO MUNERE CATHEDRÆ

P. Fr. IOANNIS AMENGUAL

Ord. Min. Obs.

propugnabit

D. BARTHOLOMÆUS MORLÁ PRESBYTER,

AC THEOLOGIÆ DISCIPULUS.

Die XXI. Augusti Anni MDCCCXXIX.

H. QUINTA ET DIMIDIA *V.*

V.t *Fr. Soler.* V.t *Gacias.* V.t *Coll et Sancho.*

Imprimatur.
Rullan Rector.

PRO GRADU LICENCIATUS SYNGRAPHUM.

Nos D. D.

Pontificiae, Regiae, atque Cesareae Universitatis Majoricensis Rector &c. &c.

Universis ac singulis has nostras litteras inspecturis, notum ac certum esse volumus; Cum spectatis moribus vir, ingeniique cultura egregius Baccalaureus, D. septimo iam horum studiorum curriculo emenso, se ad Licenciatus gradum, iuxta Regia eâ de re statuta, evehi rogasset; eundemque ad publicas huius gradus exercitationes Doctores ac Cathedrarii privato tentamine unius horae spatio diei mensis anni millessimi octingentessimi admittendum duxissent: Die vero festo favente Cathedrariorum, Doctorum atque Licenciatuum consessu insignibus ac laureolis decorato, solemnem ipse habuerit orationem per horam unam super ea propositione quam ex tribus elegerat sorte eductis inter quadringentas scriptas schedulis in hos usus comparatis; ibidemque D. Baccalaurei et D. atque D. Doctorum eandem propositionem oppugnantes argumentationes praeclare retuderit: Diebus porro et mensis latinam aliam horae fere unius orationem super propositione iterum ex sortitis electa, in quadam Lycaei secreta sede, ab omni prorsus communione vacuus, viginti trium horarum spatio exaraverit, examinandam tradiderit, ipse deinde legerit, assertaque in ea contra duorum Doctorum D. et D. refutationes sustentaverit; ac demum unius horae decursu quatuor Doctorum D. D. D. et D. de hac scientia generatim interrogantium quaestionibus plene satisfecerit: Cum his rite peractis, Doctorum ac Cathedrariorum caetui placuerit dignum eum iudicare qui ad Licenciatus honores eveheretur; Idcirco nos Regia ac Pontificia qua fungimur auctoritate, benemeritum virum Baccalaureum D. praestitis de more iuramentis ad hunc Licenciatus gradum promovisse die mensis anni ; omnibus huius gradus honoribus eum cumulasse; cunctas demum gratias, privilegia et commoda, quibus et Regiis novissimis et priscis huius Academiae peculiaribus statutis huiusmodi Licenciatus et gaudent et olim ad instar Illerdensium, et Bononiensium et Tolosanorum gavisi sunt, huic quantum in nobis est concessisse et plene confirmasse.

In quorum fidem ei qui nobis adest á secretis hoc Syngraphum manu nostra subscriptum expediri signoque huius Academiae muniri mandavimus, Palmae Balearium die mensis anni millessimi octingentessimi